

Reipublice seculis machinae etiam paratae, de quibus infra. Porro in munitionibus Jerosolymae nihil ferme desideratum est eorum, quae ad egregie constitutam munitionem Veteres requirunt. Sed tempora solerter distinguenda; neque enim omnia simul eodem tempore obtinuerunt, & vetustior aetas aliam tulit disciplinam, quam proximè subsequens abrogavit.

Vallum quo obsessae Urbes cingebantur. Deut. 20. 19. 20.

Quae sub Moysse obtinebat obsidendarum Urbium ratio, eadem pluribus post illum saeculis mansit. Sub Moysse tamen deerant machinae, quas recentior aetas invenit [e]: Quando obsideris Civitatem, & munitionibus circumdederis ut expugnes eam, non succides arbores, de quibus vestigi potest, nec securibus per circuitum debes vastare regionem: quoniam lignum est, & non homo, nec potest bellantium augere numerum. Si qua autem ligna non sunt pomifera, sed agrestia, succide & instrue machinas. Stringebantur igitur Urbes fossa, aggeribus, sudibus; mœnibus quin etiam & turribus, omnem ex Urbe exitum prohibentibus. Non raro ad deditionem fame cogebantur cives, ne expectantes quidem, ut sive mœnia ariete quaterentur, sive scalis in superiora hostes evaderent; ac tandem capiendi Urbes mille tum ab industria, cum à necessitate excogitatae sunt artes. Abstulisse veteres à muris fossisque, quibus omnis obsessarum Urbium ambitus clauderetur, docent RR. sanctè asserentes, semper liberum quoddam spatium patuisse, unde volentibus in tutum se recipere exitus daretur. Sed hujus disciplinae nullum extat in Scriptura vestigium. Neque fossa neque aggere urbs Trojae ab aggressoribus interclusa usquam apparet.

Machinae obsidionales.

Usus & origo machinarum in obscuro manet. In omnibus obsidionibus à Josue usque ad Josiam Regem Juda, ne vestigium quidem earum in historia Sacra ullum superest; sola ibi de fossis, vallisque mentio; scalarum, & ligonum usus ubique proditur. Josue urbem Hai stratagemate cepit (f): cum enim fugam simulantem Hebraeos è patentibus Urbis januis erumpentes defensores insequerentur, insidiae interim juxta Urbem dispositae vacua mœnia subierunt. Eadem servata disciplina ad urbem Gabaa (g); nec alia faciliè in Amalec (h). Haec belli gerendi ratio plurimi apud Veteres habebatur, fortissimi quique ut in insidiis locarentur electi. Vide Homerum Iliad. 1. & 13. David Jerosolymam vi cepit, pollicitus in praemium militi, qui primus in Urbem evaderet, supremum in exercitu imperium. Joab primus omnium scandit (i). Porro Dux ille Abelam (k), & Rabath (l) ducta ad regulam obsidione vallavit, neque enim sive fossa, sive vallum, sive aggeres defuerant: nihil de machinis traditum. Homerus omnium Graecorum de Urbium obsidione agentium vetustissimus, vallum describit mœnibus & turribus per intervalla dispositis, sicut & fossa sudibus instructa firmatum; nihil tamen sive de vallo obsidionali, sive de machinis, quamquam opportuna non semel occasio, maxi-

Josue 8. 2. 4.

Judic. 20. 29. h. 1. Reg. 15. 5.

2. Reg. 5. 6. 7. k. 2. Reg. 20. 5. l. 2. Reg. 11. & 12.

mè in descriptione obsidionis Trojanae, supererit. Sardanapalus, celebre inter Assyriae Reges nomen, obsidionem Ninive septennio sustinuit, quod scilicet nullis machinis Urbs premeretur; non enim adhuc obtinuerant, ait Diodorus Siculus lib. 2. Nullae tunc balistae intorquendis lapidibus, nullae testudines suffodiendis mœnibus, nulli arietes deiciendis. Aliquanto post obsidio Samariae à Salmanassare suscepta triennio duravit (m), altera Azoti per Pflammitichum 20. (n). Scitum est, quantum annorum in obsidenda Troja Graeci insumpserint. Hujus more causa omnis in machinarum defectum referenda est.

Osiat Rex Juda, cujus Regnum ab A. M. 3194. usque ad 3247. duravit, ac ferè proinde suppar Sardanapalo; qui post 20. Regni annos diem clausit A. 3257. Osiat, inquam, instructissima armamentaria comparavit (n); in quibus clypei, & hastae & galeae, loricae & fundae ad jaciendos lapides. Fecit etiam Jerosolymis diversis generis machinas, quas in turribus collocavit, & in angulis murorum, ut mitterent sagittas & saxa grandia; egressumque est nomen ejus procul, eo quod auxiliaretur ei Dominus, & corroborasset illum. Rex igitur ille machinarum ejusmodi primus author habendus, ut nihil simile superior aetas viderit. Post septuaginta annos earum usus apertè in Scriptura exprimitur, quas à Regibus Chaldaeis adhibitas legitimus. Nabuchodonosor in obsidione Jerusalem An. 3416. & Tyri triennio post An. 3419. balistis & arietibus obsessos premebat. Ita futuram Jerusalem obsidionem describit Deus apud Ezechielem (o): Sume tibi laterem, & describes in eo Civitatem Jerusalem, & ordinabis adversus eam obsidionem, & adificabis munitiones, & comportabis aggerem, & dabis contra eam castra, & pones arietes in gyro. Alia etiam de arietibus mentio apud eundem Prophetam, cum Nabuchodonosorem inducit (p) deliberantem, & virgas divinatorias commoventem, num obsidio Jerosolymae suscipienda, & urgendi in oclusas ejus fores aggeres. Vox Hebraea originalis, sicut Graeca, Latina, ac Gallicae Versiones, verum arietem significant; quod sanè praeposterum est ut ad literam intelligatur. Vox Hebraea est car, è qua Carcamus, vetus arietis nomen apud Gallos: Carcamus arietes vulgò resonatos, ait Ablo in Historia obsidionis Parisiensis.

m. 4. Reg. 17. 5. t. Aristeas de 70. Interpp.

Osiat bellicarum quarundam machinarum inventor.

n. 2. Par. 26. 14.

O Ezech. 4. 1. 2.

p Ezech. 21. 22.

q Ezech. 26. 8. 9.

ciens exprimebatur, adeo solidae erat textura, ut interdum pavementum alteri militum manus super illam in praerium gradienti praeretur. Quin & equos & currus tutò super illam procurrisse aliquando plures testantur (r).

Vide, si placet, Lipsium Poliorcet. Dial. 5. & Liv. 1. 44.

s Vide Joseph. de Bello 1. 3. cap. 9.

t Plin. lib. 7. cap. 56.

u Diodor. lib. 17.

x Iliad. M.

Victorum crudelitas.

y Deut. 20. 16.

z Josue 6. 26.

Abimelech ultionem in urbem Sichem tam acerbè prosequutus est, ut ejus ruinas sale disseminaverit (*). Nec elementiores Israelitae, quibus non raro furor & impotentia funesta in devictas Palaestinae Urbes, & in fratres etiam suos consilia suggererant. Sed nihil magis sive à Legibus Judaicis, sive à iussionibus Divinis abhorrens. Vidisses illos mites, pioque in Chananaeos, quos perdere jubebantur; acerbos verò saevosque in fratres suos; quemadmodum & alios non raro, sed potissimum in bellis inter Reges Juda & Israel, sicut & intestinis domesticisque spectatum est.

* Judic. 9. 45.

Quid potissimum in dividenda praedae servaretur, alibi fusiùs profecti sumus (a). Opimior portio Duci cedebat. Si quid fuisset ditissimum, illud munus Domino in Templo consecrandum reservabatur. Quidquid reliquerat, equis portionibus inter milites, tam eos qui manum conferuerant, quam qui ad sarcinas manserant, dividebatur. Plus aliquid sibi praestandum censuit Judas Macchabeus, missa de manibus Nicanoris ad aegrotos, viduas, & orphanos portione (b). Quò praemio aliquo virtus, & prudentia Judith donaretur, omnia quae ad Holofernem pertinebant, tentoria, vestes, aurum, argentum, illi à populo collata. Reliqua aequis portionibus distributa sunt. Judith 15. 14. &c.

a Num. 31. 27. & 1. Reg. 30. 24. 25.

b 2. Macch. 8. 28.

Repena militibus praemia varia fuerunt pro rei gestae, & circumstantiarum varietate. Quicumque Goliath Gigantem viciisset, illum locupletem gazam, nuptias regias, & omnem à vestigialibus immunitatem sperare Saul iusserat. David singulari praelio victoriam reportavit; Saul tamen gloriae suae derogatum se ratus, si praestitam fidem religiose liberasset, virum cogit, ut antequam optatis nuptiis potiretur, centum ex occisis Philisthaeis praepudia rependeret. David Regno potitus, copiarum suarum imperium viro illi spondidit, qui primus in mœnia Jerusalem, pulsus Jebusaeis, evasisset (c). Joab eam conditionem implevit, & praemia reportavit. In bello Absalon adversus Davidem miles quidam vidisse se Absalonem ex arbore suspensum Joabo renunciavit; cui ille (d): Si vidisti, quare non confodisti eum cum terra? & ego dedissem tibi decem argenti scelos, & unum balteum. Supremà in Israelitas, qui Transjordana tenebant, autoritate potiundi Jephthe in causa fuit, quòd popularium suorum animos, liberatà à tyrannide Ammonitarum regione, sibi obstrinxisset (e). Praemii militaris genus sunt etiam epinicia, quae in laudem victorum à foeminis puellisque cantabantur. Jephthe è praelio regredienti occurrit filia cum puellarum choro, cantilenas choreasque ducens (f); & foeminarum Israelis chori in honorem Davidis ingeminabant [g]: Percussit Saul mille, & David decem millia.

Praemia militaria.

c 2. Reg. 5. 8.

d 2. Reg. 8. 11.

e Judic. 11. 8. 9.

f Judic. 11. 34. Occurrit ei unigenita filia sua cum tympanis & choris.

g 1. Reg. 15. 12.

An apud Hebraeos receptus fuerit mos erigendi trophaea, & perpetua relatæ victoriae monumenta, ex Scriptura non discimus. Unicum tamen ejus rei exemplum

Trophaea.

hr. Reg. 17. 34. Quid venisset Saul in Carmelum, & erexit ibi fornem triumphalem. Hebr. Hinni matzif lo. i 4. Reg. 11. 30.

IN LIBRUM JOB PROLEGOMENON.

a Job 13. 16. Vide Commentarium.

b Job 30. 9. Filii stultorum & ignobilium, & in terra peccatis non patientes, sicut in eorum canonicum versum. c Job 2. 9. 10.

plum supposit de Saule, eo nomine reprehensa, quod sibi fornem triumphalem in Carmelo erexit [b]. Hebraeus exprimit tantum: *Mantzif* quod sive de columna, sive de alio quocunque monumento non incongrue interpretemur. Religiosior Moyses non prophanum ali- quod monumentum, sed Aram Domini de victoria in Amalecitas relata monu- mentum consecravit, eo adjecto lemmate (f): *Domnus vexillum meum*. Eandem

CUM Job laudabilem in rebus pietatis, & religionis vitam plurium annorum spatio (a) exegisset, permisus a Deo Satanas, ut virum tentaturus bonis omnibus exspoliaret, filiis orbaret, domum everteret, necessarios tandem omnes arceret. Datum illi pariter, ut favo morbo, & adversus omnes medicinas contumaci corpusculum illius depasceret, eo rigore, ut citra mortem nihil relinqueret intentatum. Pius ille vir suorum omnium auxilio destitutus, ad extremas rei familiaris angustias redactus, perpetuo ulcere contabescens, substrato fimo decumbens, & fluentem toto corpore saniem testā radens, nunquam tamen tot ingruentibus malis tentatus animo dejectus est. His accedebant vilissimorum hominum insultus (b), uxoris nunquam non recte pieque facta viri exprobrantis molestia (c); eequid non? Nunquam tamen a Dei plagas infligentis manu pura mentis oculos Jobus avertit.

Sparsa jam longè latèque calamitatis illius fama quatuor ex ejus amicis ad luctuosum spectaculum accivit. Cum primùm venissent, ulceribus scatenentem nacti, vix notum vultum agnoscerere valuerunt. Septem integros dies in silentio utrinque perseveratum est; hærentibus viris illis ad triste miserandumque spectaculum. Tandem primus Job longum silentium abruptens, acerbas eas vicissitudines altè indoluit. Tunc amici, quibus illud (absurdum alioqui) constitutum erat, neminem malo aliquo immeritum premi; nec sedulo distinguentes inter pœnas a Deo periculi faciendi virtutis amicorum suorum, gratiā immisissas, cæteraque quibus in crimina animadvertetur; viri sancti querelas veluti animi humanum aliquid in tot malorum angustiis patientis habuerunt, feridque hortati sunt, ut criminum poenitudine, atque devoti animi subjectione inflicta a Deo mala portaret; sciret enim neminem nisi pro meritis puniri. Job vitæ a se actæ probè conscius, & eo conscien-

Legislatoris mentem secutus David, Gigantis gladium, & reliqua arma omnia trophæum Domino in Tabernaculo suspendit; quem admodum & ditissima quæque hostium spolia in sacra Araria ab illo relata legimus; legimusque pariter de Samuele, Saule; & religiosissimis quibusque eorum successoribus (k). Ita relatus de prospero armorum successu in Deum honor, agnatusque ipse eo veluti tributo summus armorum omnium arbiter, & Dominus.

tia suæ testimonio securus, contendebat, omnia, quibus premebatur, mala graviora esse, quàm pati pro meritis debuisset; falli proinde amicos, si eas omnes, quas homines patiuntur, pœnas pro meritis repensas crederent. Quæ cum plenius fiducia differeret, nihil se timere dixit, si coram Divino tribunali vocatus causam suam dicere cogeretur. Dico illo offensus amici, pro eo, ut virum blandioribus verbis solandum aggredierentur, velut impium, & blasphemum durius reprehenderunt.

Totum igitur Libri argumentum in agnoscenda maximi momenti quæstione illa versatur: an scilicet Deus vitos tantum impios, sibi que adversarios infidelis in hac vita malis puniat, quos inter Jobus jure meritoque accenseatur. Affirmabant Amici. Contrà verò Job pluribus contende- bat, sæpè viros etiam amicos malorum experimento a Deo probari; se autem nullà gravissimorum aded criminum conscientia reprehendi, ut tam acerbe secum a Deo agi mereretur. Huic controversia tandem finiendæ Deus è nube spectandum se præbens, pronuntiavit, vera quidem Jobum defendisse; non tamen probare se significavit; ea, quæ inter disputandum, & in actu doloris minus accurata Jobo exciderant. Simul autem amicos illos reprehendit, injungens, ut sacrificiis crimen suum expiant. Secundùm hæc, justus a Deo Satan a viro sancto tandem abstinere; statimque a morbo convalescens, tum & pristinam sanitatem, cum è duplo locupletiore, quàm olim potiebatur, gazam, tum & filios recepit, & quod caput est, felici exitu vitam ille suam meritis plenam clausit. Hæc Libri Job summa.

Ea quondam, & nostrâ pariter ætate, falsa quidem & absurda per universum, fermè Orientem obtinet persuasio, neminem nisi criminum suorum merito puniri, ut nihil nobis mali contingat, nisi quod in nos antea criminibus provocaverimus. Is autem ex metempsychosis in illis regionibus longè latèque pervagatâ opinione mala radice malus furculus prodivit. Nec ab

k i. Par. 26. 26. 27. 28.

ab ea re in specie quidem plausible abhoruisse plurimùm Hebræi videbantur; ut non minimi momenti rem moliretur, si quis arguendum errorem suscepisset. In hunc scopum collimant historiae Tobia, & Job, ambæ viros justos malis plurimis itque gravissimis oppressos exhibentes. Porro documenta illa & exempla semper quidem necessaria habenda sunt, tunc verò maxime, cum persecutiones & publicæ calamitates deserviunt. Invaluit indè opinio hunc Librum in ipsa Ægyptiaca sive Babylonica captivitate adornatum fuisse, quò Hebræi solatio aliquo levarentur.

Nullus est in Sacra Scriptura Liber aded adversariorum obreclationibus præ Libro Jobi obnoxius, nullus implexior; quibus dubitationibus submovendis parum lucis in ipso Opere asfulget. De Jobo ipso quis, & an fuerit, quo vixerit tempore, quæ in regione, ambigitur; obscura etiam viri origo, Religio, Operis Autoritas, scribendi occasio, veritas & authoritas. Earum quæstionum partem in Commentariis excussimus, pars verò in examen modò revocanda est.

An Idumæum, vel Arabicum, vel Syrum, vel Israeliticum genus retulerit Jobus, non satis convenit. Dux tamen præcæteris & numero Scriptorum & authoritate probantur opiniones. 1. Ab Esau, 2. à Nachor virum illum acceperit. Utriusque opinionis assertores viri doctissimi, nec infirma rationum monumenta afferunt; quibus tamen cave credas ut certi aliquid exploratumque habeatur. S. Hieronymus

QQ. Hebr. in Gen. Alcuinus, Beda [d], S. Isidorus (e), Rupertus in Gen. 22. & 36. Lyranus, Spanhemius [f] è genere Nachor repetunt. Reliqui Patres Græci, Latini que (g) & vulgò Commentatores (h) contrariam opinionem defendunt; quibus suffragatur vetustissima additio in calce Exemplarium Septuaginta, & Veteris Vulgatæ Latine, qua disertissimè Jobab quintus ab Abraham è genere Esau statuitur. Eusebius Præpar. lib. 9. cap. 17. ex Alexandro Polyhistoro refert Aristæ sententiam, ex eadem additione deductam. Porro additio illa neque in Hebræo legitur, nec in Aquila & Symmacho; sed Teodotion, qui fidem Exemplarium Septuaginta religiosius sequitur, nihil in ea re sibi licere arbitratus, sanctè illam servavit. Quare ut opinionem tantâ vetustatis assertione munitam deseramus nihil apud nos valere poterit, nisi major aliqua & omnino irrefragabilis authoritas. Quæ sanè tam longè abest ut ab Assertoribus contrariæ opinionis afferatur, ut nihil habeant tam firmum, quod solvi minime possit. Eam verò sequitur hypothesim, quæ ad Jobum, ejusque amicos pertinent omnia prona sunt & aperta.

Qua vixerit ætate Jobus, res est in ambiguo. Sunt qui cœvum statuunt Patriarchis, & Moysæ vetustiore (i); sunt qui Moysi, & servituti Ægyptiaca Hebræorum supparem, malunt; alii cum tempore itineris Israelitici per desertum, sive

d Beda seu quis alius in Job. 1. e Isidor. seu alter de vita & obitu Patrum. f Spanheim Histor. Jobi cap. 4. & alibi frequenter. Vide & Bellarm. de scriptor. Eccles. g Athanas. in Synops. Chrysof. Hom. 2. de patientia. August. lib. 8. de Civit. cap. 47. Ita Euseb. Apollinar. & alii passim. h Abul. Pined. Sanct. Sixt. Senens. Genebr. Torniel. Sallian. Cornet. alii innumer.

i Chald. alii, qui Dina sponsum esse volunt.

cum Judicum ætate componunt (k). Revocant alii ad Davidis & Salomonis tempora (l); alii ad usque captivitatem Babylonicam, vel eâ durante circiter. Tandem sub Assuero Rege & Esther vixisse, atque scholam Tyberiadis in Palæstina rexisse, antequam captivus Babyloniæ duceretur Rabbiorum quorundam est sententia (m). Sanior tamen Judæorum pars natalem ejus annum componunt cum priori Patrum suorum in Ægyptum ingressu; obiisse verò dicunt, quò anno ipsos loco cedere contigit. Ad illum verò spectare credunt locum Numerorum 14. 9. *Recessit ab eis omne præsidium*. (Hebræic. *avabraculum*) Deus enim, inquiunt, educto è Gentilibus Job, omni illos præsidio nudavit (n). Recentiora magis opinio (o) ad Moysi ætatem revocat, ut historia Jobi inter Genesim Exodumque media statuat; ac proinde calamitas viri accidisse credenda est, antequam Israelitas ex Ægypto facessere contingeret. Sed in ejusdem Libri contextu animadvertisse quædam autumamus, quibus nosse Jobum prodigium in transfretatione Erythraï, & de Lege Domini quedam probaretur. Quare certam oppressi malis Jobi epocham post aliquot ab egressu ex Ægypto annos statuimus.

Alterum, quod negotium facessit, illud est, nimirum quis potissimùm Libri Author habendus sit. Sunt qui Jobum ipsum de se scripsisse crediderint (p); sunt qui Eliu maluerint, vel saltem Jobum ipsum cum amicis; sunt etiam, qui Moysen, vel Salomonem, Isaiam, aut recentiore adhuc Scriptorem. Nihil sane in Textu occurrit, quod satis aperte Authorem prodatur; neque an ipse de se Jobus sive alius quicumque, Judæusne, Greg. alii plures apud Spanhem. Hist. Jobi cap. 13. pag. 221.

Origenes contra Celsum lib. 6. testatur Opus illud esse Moysæ ipso vetustius; nec Syros ab ea sententia recessisse credimus, quippe qui omnium Librorum canonicorum primam Jobum statuunt. Pseudo-Origenes in Comment. in Job. ejusdem viri operâ Syriacè scriptum Librum autumat; à Moysæ verò ita Hebræicè translatum, ut litera non serviret. Nonnulla enim de libro Jobi historiam, sicut & alteram in ipso Libri exordio de Satan, qui coram Deo in cœtu Angelorum, sive filiorum Dei stetit; ecquis enim alius, inquit ille, præter Moysen, noscere rem illam poterat? Addit insuper, Operis illius lectionem diebus jejunii, sicut & cum Passionis Domini, ejus Jobus figuram exhibet, sacrum tempus recurrat, in Ecclesiâ fieri.

Alius etiam Jobi Interpres sub ementio Origenis nomine latens (q), luculentius asserit, Moysen ipsum cum Librum literis mandasse; quæ etiam sententia nostræ ætatis plerisque probatur (r). Scriptum au-

k Gregor. Magn. Rabb. Elizer, & Juchanan, Talmud. tract. Baba Batra, alii in Catena apud Chrysof. & Polybron. l Talmudista, & alii apud Maim. more. Neboch. cap. 22. m Vide Talmud, Tract. Baba Batra. n Vide Talmud loc. cit. o Ita Chronica & Hist. Hebr. Avabum, Orientalium. Petro. Uffer. Voss. Sixt. Senens. alii passim. p Vide Spanhem. Histor. Jobi cap. 6. pag. 106. q Comm. in Job à Perionio Latine editus r Talmud in. Baba Batra, Kimchi, Polychron. Philipp. Abul. Isidor. Julian. Hali. carnass. Torniel. Sallian. Bellarm. Mercer. Bol. duc. Huet. Origenian. lib. 3. in appendice & alii innu- meri.